



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quaecumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Sermo Undecimus Adversus Arianos in hæc verba Isaiaæ: Puer datus est nobis, & filius natus est nobis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

SERMO UNDECIMUS
ADVERSUS ARIANOS

1f. cap. 9. v. 6. in hæc verba Isaia: *Puer datus est nobis, & filius natus est nobis.*

Mercatore interprete.

In append. ad contr. 11. anathematismi.

Excerpto 11.

Lib. 1. contr. cap. 3.



Hic ego facile crediderim dictum ante patefactam hæresim, imo primis illis temporibus, cum Arianos infectatus acriter catholicum mentiebatur, nisi me tria retinerent, tertiae partis sententia, Marii Mercatoris testimonium, & Patrum Ephesinorum auctoritas. Nam plausus a populo factus ad hæc verba: *Erat enim ipse, & infans, & infans dominus*; ipsaque Nestorii sive correctio, sive interpretatio sententiæ, videtur mihi aperte satis indicare, tunc temporis jam

fuisse conceptam vulgo opinionem de Nestorio, quod Christum in duas personas divideret. Deinde Mercator vehementer invehitur in hæc ipsa verba, quæ plausum fecerunt, tanquam hæresim totam continerent, quartamque in Trinitatem introducerent personam. Denique Patribus Ephesinis visa sunt hæc verba, postquam Primicerius notariorum recitavit, perinde ac alia, horrenda pariter & blasphemica: quamquam Cyrillus ea laudavit velut catholica, cum suis verbis Nestorium refelleret. An forte in vnum sermonem cogimus, quæ diversis temporibus dicta sunt?

I. **M**AGNUM sane tanti doni sacramentum: hic enim qui videtur infans; hic qui recens apparet; hic qui fasciis corporalibus eget; hic qui secundum visibilem essentiam recenter est editus, filius est, ut scriptura docet, æternus; filius universonum opifex; filius qui suæ opis fasciis dissolubilem creaturæ naturam alstringit.

II. Infans enim Deus est suæ potestatis; tantum abest, Aric, ut Deus Verbum sit sub Dei potestate. Novimus ergo humanitatem infantis ac divinitatem: filiationis unitatem servamus in deitatis, humanitatisque natura.

III. Hoc autem dico, ut noveritis, quam super excellens & summa quædam deitatis conjunctio existeret, etiam in infante ipso, cum dominica caro conspiceretur: erat enim ipse, & infans, & infantis ipsius dominus. Laudastis vocem, sed nolite eam parum curiose laudare: dixi enim, quod idem erat infans, & habitator infantis.

IV. Ut ergo demonstraretur, ipsis quoque magis, quis hic est ab illis adoratus, & ad quem illos duxerit spiritus sancti gratia; nempe non ad simplicem vulgo conspectum infantem, sed ad corpus quoddam ineffabiliter Deo conjunctum.

V. Quis nunc benignitatis tam immensum aspiciat pelagus, naturam cum suo opifice dominantem, & conjunctam homini divinitatem, nihil sine hoc jubentem

ΜΕΓΑ τὸ δῶρον τὸ μυστήριον, τὸ το γὰρ τὸ βλέποντων βρέφος, τὸ το κατὰ φαινόμενον παρσφαιρον, τὸ το ἀπαργῶν σαματικῶν δεικν, τὸ το ἢ χεῖ πλεῖ ὀραμῶν, οὐσίας γὰρ πικρον, ἴσος, χεῖ τὸ γεγραμμένον, αἰώνιος. ἴσος τῶ ὅλων δημιουργός. υἱός τοῖς τῆς ἰδίας βουλήτας ἀπαργῶν τοῖς κήπως δὲ ἀγαλῶν σφίγγων.

Τὸ βρέφος γὰρ Θεὸς αὐτεξούσιος. ἡσὸν τὸ ὁ Θεὸς λόγος τῆ Θεοῦ ἡπεξούσιος ἢ διέσπικεν, Ἀρθε, γαεῖζουδρ ἴσινω ἢ ἀὶ θεαπόττητα τῆ βρέφους, & ἢ θεόττητα, τὸ ἢ υἱόττης τηροδμῶν μινανδὶν ἐν ἀὶ θεαπόττητας ἢ θεόττης φύσῃ.

Ἴνα μάλητε, φησὶν, ὡς σφόδρα ἴς τῆς θεόττης ἡπαῖρη σενάφθα, ἢ ἐν βρέφῃ ἢ δεαποτῆς κερθωμῶνς ἄρθε. ἴω γὰρ ὁ αὐτός βρέφος, ἢ ἢ βρέφους δεαποττης. ἐπηέσεται τὴν φωνῶν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὴν ἀβασμῶνς κερτῆτε. Ἐἴπον γὰρ. Ὁ αὐτός ἴω βρέφος, καὶ ἢ βρέφους οἰκῆται.

Ἴνα ἴσινω δὲ τῆ ἢ τοῖς μάληται, ἴς ἐστὶ οὗτος ὁ πῶ αὐτῶν παρσμουμῶνς, ἢ ἐκτὶ ἴνα ἢ γὰρ αὐτοῖς ἢ πῶ μῶνς ἢ ἀγῆς ἢ χαεῖ. ὅτι ἐκτὶ ἐκτὶ ἢ γὰρ ἀπῶνς θεωρομῶνς ἢ ἢ ἢ ἢ Θεῶ.

Episto
Cyrilli
olim p
coecil
phicia

Col
end
firi
Ca
ru
ne

tem, nullum absque isto judicantem: cum eo vivorum curam in summa providentia gerentem, & cum ipso mortuos suscitantem.

EPISTOLA TERTIA SYNODICA
SANCTI CYRILLI
ALEXANDRINI EPISCOPI

directa Nestorio Constantinopolitanæ vrbis Episcopo, duodecim continens anathematismi capitula.

Mercatore interprete.

Epistola hæc Cyrilli habita olim pro toto concilio Ephesino.



Mæc illa celebris epistola, quæ olim vna pro toto concilio Ephesino habebatur, adeo fidei catholice doctrinam de incarnatione Verbi adversus Nestorium plene dilucideque exponit. Subjuncti anathematismi duodecim, quæ capita dicebantur a veteribus, magnam fecerunt invidiam Cyrillo, magnum diu catholicis negotium, ut ille non semel debuisset facere satis, sive amicis explicationem petentibus, sive adversariis plura objicientibus; isti coacti sunt, inter tractandum de pace inter Ecclesias, & sancendam fidem in concilio Chalcedonensi, de ipsis propter animorum offensionem silere.

Quando scripta.

Colligitur ex codice manuscripto PP. Carmelitarum, qui commendatur.

In codice manuscripto Carmelitarum Discalceatorum conventus Parisiensis data legitur mense Novembri die 30. Indictione XIV. quæ temporis notæ, nisi emendentur, coherere non possunt. Nam scripsit procul dubio Cyrillus postremum Nestorio ann. 430. & Nestorius Cyrilli litteras accepit Constantinopoli v. 11. Idus Decembris; si qua igitur fides codici, accepta fuisset Constantinopoli epistola septem post diebus, quam Alexandria scripta esset, quod omnino incredibile.

Cohærebunt omnia facile, si dicatur Alexandria scripta 3. Novembris, accepta Constantinopoli septimo Decembris, & Indictio, ut par est, non a Januario, quomodo esset decima tertia, sed a Septembri, quo mense decima quarta incepit.

Dividi potest commode tres in partes, quarum in prima legationis a sede apostolica velut historia narretur; in secunda fidei dogma, Nestoriceque sententia opposita exponatur; tertia complectatur duodecim anathematismos.

Posterioribus porro duabus, nihil cautius scribi potuit, nihil callidius, aut prudentius potius, ut si Nestorius subscripsisset, quod erat jussus, verbis plane contradicentibus, sua quæ docuerat, revocare nemini non aperte videretur.

Legi vtiliter vix potest, nisi prius attentius perpensa fuerint literæ sancti Celestini datæ ad Nestorium ex synodo Romana. Habentur illæ 1. parti. conc. Ephes. cap. 18. & a nobis referentur in dissertatione de synodis habitis in causa Nestorii.

Dividitur in tres partes.

Coniungenda cum literis summi Pontificis ad Nestorium.

ΤΩ ΕΥΛΑΒΕΣΤΑΤΩ
καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ
Νεστορίῳ Κύριλλος, ἐκ τῆς σωζομένης
ἐν Αἰγυπτίᾳ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, ἐν
κλειῶ χαίρειν.

RELIGIOSO ET DEO
amabili consacerdoti Nestorio
Cyrillus, & qua convenit
apud Alexandriam synodus
ex Aegyptia diœcesi, in Domino
salutem.

ΤΟΥ ἁγίου ἡμῶν λέγοντος ἐναργῶς.
Ὁ φιλὸν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ,
ὅτι ἐστὶ μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλὸν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμέ, ὅτι ἐστὶ μου ἄξιος· ἢ πᾶσι
ἡμεῖς, οἱ πατέρες τῆς ἐκκλησίας ἀπαυτῶ-
μενοι, ὅτι ὑπεραγαπήθητε τὸν πῶτον ἡμῶν σω-
τῆρα Χριστὸν, ὅτι ἡμεῖς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἐπίσταται
διωχθήσεται; ἢ πᾶσι ἐρησόμεθα ἀπολογία, σωτηρίαν

CUM salvator noster aperte pronun-
tiet: Qui diligit patrem aut matrem
super me, non est me dignus; & qui diligit
filium aut filiam super me, non est me di-
gnus; quid nos patiemur, qui deposcimur
a tua religione, ut te super Christum
salvatore omnium diligamus? quid enim nobis in die
iudicii proderit? aut quam satisfactionem reperire
poterimus, ita diuturnum silentium

I.
Necessitas exigenda satisfactionis a Nestorio pro blasphemis, & dato Ecclesie scandalo. Matt. 10. v. 37.

I iij